

Johann Mantzel

Programma, quo ad Solennem Passionis Dominicae Memoriam sanctissime recolendum, & Bacchanaliorum ... maxim opere fugiendum, Rector Academiae Rostochiensis M. Johannes Mantzel/ Gr. Lit. P. P. & Fac. Philos. hodie Decanus, Cives Academicos serio seduloq[ue] hortatur : [P. P. Sub Sigillo Rectoratus Dom. Quinquages. A. O. R. MDCLXXIIX.]

Rostochi[i]: Keilenbergius, [1678]

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn73398987X>

Druck Freier  Zugang





T. 512.

—

1678. Fasten

~~A-1256. 29.~~

1678

PROGRAMMA,

quo
ad

Solennem

PASSIONIS
DOMINICÆ

Memoriam sanctissimè recolendum,

&

IMPUDICIANALIORUM

Impudiciam maximoperè fugiendum,

RECTOR

Academiæ Rostochiensis

M. JOHANNES

Mantzel /

Gr. Lit. P. P. & Fac. Philos. hodie

DECANUS,

Cives Academicos

seriò sedulòq; hortatur.

ROSTOCHI, Typis FRIDERICI KEILENBERGII, Acad. Typ.

M. 1256²⁴

1678



Ræclara omninò sunt, quæ de Codro, ultimo Athenarum Rege, Latinsimus Scriptor Paterculus, historiæ Romanæ intertextuit, dum lib. 1. cap. 2. ita scribit : *Cum Lacedæmonii gravi bellò Atticos premerent, respondissetq; Pythius, quorum Dux ab hoste esset occisus, eos futuros superiores, Codrus, depositâ veste regiâ, pastoralem cultum induit, immisusq; castris hostium de industria, imprudenter, rixam ciens, interemptus est. Codrum cum morte aterna gloria, Athenienses secuta victoria est. Quis eum non miretur, qui eis artibus mortem quæserit, quibus ab ignavis vita queri solet? Pulcherrimam item, quæ de nobilissimo Romanorum Murium pari, patre sc. & filio, illo se bello Latino, hoc, Etrusco & Samnitico, pro inclinato jam exercitu devovente, floridissimus Florus refert : Alter, inquit lib. 1. cap. 14. Consulum quasi monitu Deorum capite velato primâ ante aciem Diis Manibus sese devovit, ut in confertissima se hostium tela jaculatus, novum ad victoriam iter sanguinis sui semitâ aperiret. &c. 17. Oppressus in sinu vallis alter Consulum Decius (Mus) more patrio devotum Diis Manibus obtulit caput, solennemq; familia sua consecratione in victoria pretium redegit. En hîc insignis fidei, rariq; amoris erga Cives, patriamq; exempla! Quàm non mures, sed muros maresq; Triumviri hi sese præstiterunt! Quicumq; verò tandem illi sint, nequaquam tamen*

men cum ILLO, de quo præsens scriptio Nobis instituta est, quemq; jam templa nostra passim resonant, comparari conferriq; possunt. Patientis quippe JESU nostri longè major fides, longè ardentior amor, longè intensior dolor, longèq; gloriosior fructuosiorq; mors extitit. Non enim *ψιλὸν ἀνθρώπων* hîc habemus, sed *θεῶν θρώπων*; non unius populi, sed terrarum orbis Principem: non Lacedæmoniorum, imbelliumq; id genus hostium, sed peccati, mortis, diaboli, inferniq; victorē: non suæ gloriæ, sed salutis aliorum percupidum: non momentaneæ, sed æternæ pacis datorem: non deniq; pro patriâ solùm suâ, civibusq; aut amicis suis solis, sed pro omni mundo, omnibusq;, etiam hostibus, morientem. In diversissimos verò, in hoc intuiti, affectus, nunc dolore nos afficiente, nunc lætitiâ resciciente, abripimur. Scilicet mors hæc, nescio quomodo, ex miseriâ & gloriâ, ex lætitiâ & dolore, ex secundis & adversis, ex inferis superisq; mistum concretumq; unū est. Moritur Jesus, ibi miseria: moritur victor, ibi gloria: animam efflat, ibi adversa: animam Paradisi facit incolam, ibi secunda: inclinât caput, hic inferorum morsus est: subvertit inclinando, hæc supera Majestas est: In cruce moritur, hinc doler: mors ejus nostra vita est, in hoc lætitia est. Quid? quòd veritatis mors, mors vitæ, morsq; mortis nobis jam annuncietur, imò Deus mortuus, & sic in Sacro-Sanctâ Trinitate funus sit. Quàm mira hæc sunt! Hæc, sanè, cum dico, majus quippiam & admirabilius dico, quàm cum cœlo terram, soli q;

foliq; tenebras eo attributum, inò, hoc ipso indefici-
entem defecisse, lucem inaccessam mortis umbram
occupasse, panem cœli elurivisse, & vitæ aquam siti-
visse, dico. Itane autem in ipso immortalitatis regno,
inq; ipso omnipotentia & æternæ Majestatis throno
inveniri mortem? Sed revera ita est, **DEUS MOR-**
TUUS EST, Filius Dei occubuit, Primus & novissimus
novissima subiit, Dominus gloriæ crucifixus est, Prin-
ceps vitæ expiravit, Templum plenitudinis Deitatis,
utut quasi in ipsam plenitudinē inhabitantē concide-
rit, destructū est, Velum Sancti Sanctorū, licet ab eo-
dē hinc inde inseparabiliter pependit, reapse ruptū
est, Quam verè enim **DEUS** homo est, tam verè **DEUS**
mortuus est, tamq; non potest Deum non rangere,
quod humanam **DEI** naturam tangit, ob personalem
unionem, quam non potest non attinere animam no-
stram, quod corpus lædit, ob essentia unitatem. Huc
etiam Bernhardus Serm. 3. in Nat. Dom. respicit, dum
scribit: *Nihil DEO sublimius, nihil limò vilius, & tamē*
tantā dignatione Deus descendit in limum, tantāq; dignitate
limus ascendit in Deum, ut, quicquid in eo Deus fecit, limus
fecisse credatur, quicquid limus pertulit, Deus in illo pertu-
lisse dicatur, tam ineffabili, quàm incomprehensibili sacra-
mento. Absit tamen, ut, cum Deum mortuum esse,
dicimus, ipsam Deitatem mortuam esse asseveremus.
Locuti quidem ita sunt, idq; non improbò, sed calidò
& sacrò in hoc Mysteriū affectu, orthodoxi nonnulli
Patres, & ex illis Vigilius l. 2. contra Eurychem: *Divi-*

mitas

nitatis clavus confixa est, sed non transfixa. Augustinus
etiam Tom. i. de Trin. Divinitas participatione humani
affectus sensit mortem, quam sponte susceperat. Et Ful-
gentius ad Thrasimundū Regem: Divinitatē Christi
sic passam fatemur in carne, ut eam tamen credamus com-
passam non fuisse cum carne. Sed ab illā formulā, ne vel
Euty chis, vel Dioscori, vel Petri Gnaphei, Deitatem
in se passam esse statuentium, auribus capteretur, ultrō
nostraptēq; sponte abstinebim;: Sic enim Athanasius
Tom. 2. de Incarn. Verbi: Qui Deitatem Filii DEI dicit
passibilem, hunc sancta Ecclesia condemnat. Et Damasus in
professione fidei ad Paullinum: Si quis dicit, in passione
crucis dolorem sustinuisse Filium Dei, divinitate, & non
carne atq; animā rationali, quam assumpsit, in formā servi,
anathema sit. Secundā siquidem adorandæ Trinitatis
personā mortem sustinente, reliquæ duæ non fuerunt
οὐρα πρὸ θνήσκοντες, & licet extra mortuū non fuerint, ex-
tra mortem tamen fuisse, longè est certissimum: atq;
sic Persona Filii Dei mortalitati mortiq; ipsi obnoxia,
non verò natura fuit, sicq; DEUS mortuus est, non Dei-
tas. Audiat autem hoc pessimus ille primusq; mortis
faber & institor Diabolus, DEUS mortuus est, & contrem-
iscat: audiat impiorum impiissima caterva, DEUS
mortuus est, & fugiat: audiant per inhospita errorum
tesq; ambulantes peccatores, DEUS mortuus est, &
convertantur: audiant anxietatis, iramq; Dei metuentes
conscientiæ, DEUS mortuus est, & bene sperare incipi-
ant. Infinitus enim dies suos finit, ut in infinitū nos vi-
vamus: Simplicissimus divellitur, ut cum DEO quā
arctis-

arctissimè copulemur: æternus ultimam horam subit,
ut æternitatis Candidati ultima nesciamus: Conditor
orbis intra saxi angustias conditur, ut angusto spatio-
soq; cœlo læti tandem potiamur. *Manuum in cruce pal-
mas* (ut veteres loquuntur) *extendit, ut vera sit victoria
palma: Spinis coronatur, ut spinas peccatorum nostrorum
confringat: ligatur, ut compeatos solvat: in ligno suspendi-
tur, ut elisos erigat. Fons vitæ aceto potatur, disciplina ce-
ditur, salus vulneratur, vitæ moritur. Flagellatur pro ini-
quo pietas, deluditur pro stulto sapientia, necatur pro men-
dacio veritas, damnatur pro impio iustitia, pro infideli mise-
ricordia affligitur. ASPICE MORTALIS, PRO TE DATUR
HOSTIA TALIS. Aspice vulneribus suis servulum te sa-
nantē Dominū. Aspice nunc in olivetō, nunc in præ-
toriō, nunc in crucis arā cruentatū pro te Servatorem.*

Exclamabis, scio, cum Bernhardo, Serm. 64. in Cant.
ō *sua vitæ! ô gratiam! ô amoris vim! Summo omnium factō
estimo omnium! Quis hoc fecit? amor dignitatis nescio, digna-
tione dives, affectu potens, svasu efficax. Quid violentiq;
triumphat de Deo amor. Tuum facies igneū illud Igna-
tianum: ὁ ἐμὸς ἔσθ' ἐς ἀναστασι, Amor meus crucifixus est, Imō
sincerè redamabis illum, qui incomparabili te amore
amavit prior: nam, dicente Apostolo 2. Cor. 5, 15. Pro
omnibus mortuus est Christus, ut, qui vivunt, jam non sibi
vivunt, sed ei, qui pro ipsis mortuus est, & resurrexit. Sed
quomodo quæso à plerisq; redamatur JESUS? quo-
modo vivitur? Certè, si hæc pensiculatorius quis confi-
derat, lacrumæ ipsi cadunt, veluti puero. Ut enim de*
reliquis

reliquis ubertim propullulantibus, vel potius florentibus
 vitiorum Zizaniis, superbiâ, avaritiâ, libidine, injustitiâ,
 invidiâ, odiô, omninô taceamus, Bone DEUS, quàm se-
 dulô, his præsertim diebus. ingluvies placet atq; ebrie-
 tas! Plenus jam, proh dolor! est orbis Christianus Si-
 barbaritis, qui, quicquid deliciarum excogitari inveniri ve
 unquam potest, in ventrem suum congerunt: Plenus
 est Sardanapalis, qui toti vino ac impurissimis volu-
 ptatibus dediti, turpissimos pariter scelestissimosq; sese
 exhibent: Plenus est Philoxenis, qui ut hôc diutius in-
 honestâ vini aut alius potus perfruantur voluptate,
 gruis collum sibi, exoptant: Imô foedissima illa, & ab
 ipso humani generis hoste, omniumq; scelerum
 Architectô Satanâ introducta, & vel ab ipsis sanio-
 ribus Ethnicis damnata, ac Christianæ pietati vel ma-
 ximè contraria jam exercentur **BACCHANALIA**.
 Quorsum autem hæc amentia? Quid, malum, patienti morien-
 tiq; nostro CHRISTO, quidve nobis Christianis cum execra-
 bilibus Bacchi Orgiis? Cur nunc potissimum, quando dulcissi-
 mus Servator à vilissimis Iorariis ad necem cæditur, spinis acu-
 leatis coronatur, graveolenti putidissimorum homuncionum
 salivâ foedatur, acutis clavis manus pedesq; configitur, & in
 cruce pro nobis sitit ac moritur, luxuriaremus? Nos membra
 sumus, ille caput nostrum est: cur sub tam miserè punctô,
 tamq; largô sanguine stillante capite græcaremur? Hoc nos
 minimè decebit. Hoc faciundo, membra non erimus, & sic,
 quam caput adeptum est, in æternum nunquam adipiscemur
 gloriam. Caveamus igitur nobis, **CIVES ACADEMICI**, &
 præprimis, ô **STUDIOSA JUVENTUS**, tibi caveas. Nihil
 cuiquam cum infami & pestilenti illo helluonum, bibonum,
 come-

comedonumq; cœtu sit commercii. Semel Servatori in sa-
 cro baptesimalis fonte datum nomen est, cur igitur ad maledi-
 cta Bacchi, vel rectius, diaboli castra, cum certissima deserto-
 ribus pœna sit, transiretur? Cur Ethnici Christianis hoc in ca-
 pite & prudentiores essent, & meliores? Audiamus enim Se-
 necam, & gentilem hominem mirabimur; Sic autem ille,
 Epist. 18. *His maximè diebus, inquit, animo imperandum est,
 ut tunc voluptatibus solus abstineat, cum in illas omnis turba pro-
 cubuit. Certissimum argumentum suæ firmitatis capit, si ad blanda
 & ad luxuriam trahentia nec it, nec abducitur. Hoc multò
 fortius est ebriò ac vomitate populò, siccum ac sobrium esse: Illud
 temperantius, nec excerpere se, nec insigniri, nec misceri omnibus,
 & eadem, sed non eodem modo facere. Licet enim sine luxuria
 agere festum diem.* Nonne hic Christianorum plurimos,
 qui tamen non solam naturam rationemq;, sed præter hanc
 sacras literas Scripturamq; *ἰερόνευσον*, quæ teste Paulo II, Tim.
 3, 15. 16. 17. *nos instruere valet ad salutem per fidem quæ est in
 Christo Jesu, atq; utilis est ad erudiendum in Justitiâ, ut perfectò
 sit homo Dei, ad omne opus bonum instructus*, ducem sequi potuis-
 sent, imò sub vexillo Christi in gremio Ecclesiæ erant enutriti,
 in ruborem daturus est. Exesto igitur cululli, exesto cuticulæ
 cura, exesto petulantia: scurrilitas, & helluatio omnis exesto.
 Nemo sit qui noctu discurrat, qui cyclopicè vociferetur, nemo.
 CHRISTIANI SUMUS. Hæc indigna nobis sunt. Hi dies aliã pro-
 sus vitam, aliosq; mores postulant. Studeam⁹ autē Modestix,
 Sobrietati, aliisq; virtutibus, ac devota mente recolamus JE-
 SUM nostrum, qui passus est, imò qui pro nobis totoq; mun-
 do passus est. Hujus sanguine nos tingamus, hujus ad vulnera
 curramus, hujus vitam imitemur, hujus mortem nos solemur,
 hujus victoriã triumphemus: Sic æternum, qui unicus Chri-
 stianismi nostri scopus est, cœlesti gaudio fruemur.

P. P. Sub Sigillo RECTORATUS Dom. Quinquages. A. O. R.

CIO IDC LXXIIX.

reliquis ubertim propullulantibus, ve
 vitorum Zizaniis, superbiâ, avaritiâ,
 invidiâ, odiô, omninò racementus, B
 dulò, his præsertim diebus. ingluvie
 ras! Plenus jam, proh dolor! est or
 baritis, qui, quicquid deliciarum ex
 unqvam potest, in ventrem suum c
 est Sardanapalis, qui toti vino ac i
 pratibus dediti, turpissimos pariter se
 exhibent: Plenus est Philoxenis, qu
 honestâ vini aut alius potus perfri
 gruis collum sibi exoptant: Imò fo
 ipso humani generis hoste, omn
 Architectò Satanâ introducta, &
 ribus Ethnicis damnata, ac Christia
 ximè contraria jam exercentur BA
 Qvorsum autem hæc amentia? Quid, mal
 tiq; nostro CHRISTO, quidve nobis Ch
 bilibus Bacchi Orgiis? Cur nunc potissim
 mus Servator à vilissimis lorariis ad nece
 leatis coronatur, graveolenti putidissimo
 salivâ foedatur, acutis clavis manus ped
 eruce pro nobis sitit ac moritur, luxuriar
 sumus, ille caput nostrum est: cur sub
 tamq; largò sanguine stillante capite gr
 minimè decebit. Hoc faciundo, memb
 qvam caput adeptum est, in æternum nu
 gloriam. Caveamus igitur nobis, CIV
 præprimis, ô STUDIOSA JUVENTUS
 cuiquam cum infami & pestilenti illo he

rentibus
 iustitiâ,
 vâ se
 ebrie
 anus Si
 renirive
 Plenus
 is volu
 osq; sese
 itius in
 uprate,
 a, & ab
 lerum,
 s sanio
 vel ma
 ALIA.
 morien
 n execra
 dulcissi
 binis acu
 tionum
 tur, & in
 membra
 punctò,
 Hoc nos
 us, & sic,
 piscemur
 MICI, &
 . Nihil
 bonum,
 come



the scale towards document

Image Engineering Scan Reference Chart T263 Serial No.